GERHOHUS REICHERSBERGENSIS

Admont (?), 1166-1169 Seite 210v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26928
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ficate vel imitatore christi dicentis. reddite que sunt cesaris cesari. et que sunt
dei deo. quicumque sub nomine papali vellet non solum in clero sed et in
regno dominari questu fastuoso et fastu questuoso. In hunc modum
verbis teutonicis loquente domino imperatore. atque in hoc suum papam com
mendante quod ille non adversaretur imperio. neque federatus esset cum hostibus
regni. neque ipse cuperet in regno regnare vel dominari. ego eun
dem papam suum sic repudiavi. ut dei gratia me confortante dicerem
numquam me illi obediturum. qui a nullo cardinali episcopo esset conse
cratus. sed ab extraneo execratus. et in cuius parte non esse corpus domini.
quod constat extra unitatem in scismate confici non posse. Hoc verbo
audito commotio principum tanta fuit contra me. ut aliquis eorum com
minaretur mihi suspendium. aliquis rapinam bonorum. et alia huiusmodi
mala. de quibus non est mihi dicendum per singula. domino imperatore pa
cienter hec audiente neque tamen ad hec assensu malo annuente. quia
si annuisset vita et persona mea fuisset exposita multis periculis
que pregite me dno te evasi. Quid autem sit mihi post hac futurum
nescio. atque ideo inter spem et metum fluctuans a sancta romana
ecclesia per latorem presentium consilium et auxilium peto. et expectans
expecto. prout deo aspirante vestra prudentia perspexerit neces
sarium non solum mihi sed et aliis in hoc scismatis periculo ancia
tis. michique in tribulatione sociatis. Quorum ne vos lateant
angustie unius eorum litteras mihi missas pensare dignemini.
Domino G. illustri et venerabili preposito de Richersberg. frater cuius no
men tacendum est cum instantia orationum sincere devotionis ob
sequium. Periculosis modernorum temporum status immo casus si sollicita
consideratione pensetur. verendum valde est ne instent for
te dies illi in quibus sic habundet iniquitas ut refrigescat